



GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MED. DOCT. ET
PROFESSORIS PUBLICI
THEATRUM PRACTICUM.

LIBER II.

agitur de commentatoriâ speciali

medicâ in particularibus exemplis exercitatione.

Ordo & methodus certa hîc necessaria.

SECTIO I.

Ordo generalis, triplex.

CAPUT I.

De Ordine in genere.

Commentatoriâ pri-
mum meretur locum.
Ordine tractationis hic
opus est methodo.
In genere consideratur ordo triplex.



COMMENTATORIA particularis exercitatio, specialis medicinæ pars nobilis, primum locum meretur; præbet enim consultatoriæ & renunciatoriæ fundamenta, quibus fidere potest, eidemque monstrat viam, ad optatum perveniendi finem.

Ordine hîc opus est. ut τὸ ὄντι investigetur, & METHODO, ut τὸ δίοτι.

IN GENERE consideratus ordo occurrit triplex: Unus in Græcorum & Arabum quorundam, alter in Galeni & aliorum monumentis tertius est medius.

PRIOR